

Quæstio XXXIII.

Summaria,

Ex Cæco.

Si Emphiteuta ingrediatur Religionem numquid Emphiteusis
transeat in monasterium.

Ex Additionibus

1 An et quatenus Emphiteusis in Monasterium transeat, si emphi-
teuta in illud ingrediatur.

Quæro, numquid, a, si Emphiteuta ingrediatur religionem, Emphiteusis transeat in monasterium.
Respond. Jac. in l. 2. Numeri 200. C. de iure Emphiteu. dicit quod, sicut communiter con-
cludi quod quando Emphiteuta ingrediatur Religionem, emphiteusis accepta à privato transit in
Eccliam, sed si sit emphiteusis concessa ab alia Ecclia, tunc si illa Ecclia que est Domini
Directi, vult illam ad se reuocare, potest hoc facere, alio transit in aliam Eccliam; ego
teneo indistincte in emphiteusi que non sit absolute et simple expediri quod tunc sit
concessa ab Ecclia sue à privato non transeat in monasterium: efficeretur enim valde
deterior conditio Domini directi, cum non subisset spes ulla caducitatis, neque quod pro-
pter finem hunc amplius ad ipsum reuertetur. Et quod Emphiteusis etiam concessa
à privato non transeat in monasterium dicit esse communem opin' (infallib) Paris:
in d. C. in pntia. Numeri 196 de probat. vel saltem dicendum est quod in omnem
casum Ecclia tenebitur illam vendere infra annum alteri privato. Et ita seruari de
consequenti attestatur Specul. in d. § nunc aliqua, quæst. 117.

Additiones

a Numquid si Emphiteuta ingrediatur Religionem & Quod si Emphiteusis
secularis transeat in monasterium, si in illud emphiteuta ingrediatur; non aique emphiteusis
ecclesiastica, Doctores plerique concludunt. Bart. et Bald. Paul. de Cato et Deius aut E.
ingressi. C. de Sacrosanct. Ecclia. et alij, quos refert et sequitur Alexand. Trentacinq. var.
resolut. lib. 3. resolu. 1. de iur. emphiteu. n. 1. et 5. Vbi hanc conclusionem pulchre declarat, et
Clarum hunc differentiam sic in veris: ego teneo indistincte, et non sine ratione refutat Harp.

Sexi Decretalium libro tertio de rebus Ecclesiasticis non
alienandis Titulo nono.

Capitulum secundum.

Hoc consultissimum patrum edito, Universis et singulis Prelatis Ecclesias sibi
commissas, bona immobilia seu iura ipsarum laicis submittere subijcere, seu suppo-
nere absque Capitulo sui consensu et Apostolice sedis licentia speciali. Non concedendo
bona ipsa vel iura in emphyteosim seu alias alienando in forma et casibus iure permis-
sis: sed constituendo, vel recognoscendo, seu proficendo ab illis ea tanquam superioribus
se tenere: seu ab ipsis eadem advocando sicut in quibusdam partibus vulgariter dicitur
aut vices, vel ipsos patronos, vel advocatos Ecclesiarum, seu bonorum ipsorum perpetuum
seu ad tempus non iudicium statuendo. Contractus autem omnes etiam iuramenti
panda, vel alterius cuiuslibet firmitatis adiectione validos (quos de talibus alienationi-
bus sine huiusmodi licentia et consensu contigerit celebrari) et quidquid ex eis factum
fuerit, decernimus ad eos omnino carere, ut nec ius aliquod tribuant, nec p'sentendi
etiam eam parent. Et nihilominus prelatos, qui secus fecerint ipso facto ab officio et
ab administratione, clericos etiam qui scientes etiam contra inhibitionem predictam
aliquid esse presumptum, id superiori denunciare neglexerint, perceptione beneficiorum
quae in ecclesia obtinent sic gravata, triennio, statuimus esse suspensos. Laici vero qui
prelatos, vel capitula ecclesiarum, seu alias personas ecclesiasticas ad submissiones
huiusmodi faciendas hactenus compulerant, nisi ^{nost} competentem monitionem (premissa
submissione, quam per vim vel metum exegerant) ecclesias et bona ecclesiastica eis
submitta taliter in sua libertate dimittant; illi vero, qui de costem prelatos vel perso-
nas, eadem ad talia facienda compulerint, cuiuscunque sint conditionis, aut status, ex com-
municationis sint sententia innotati. Ex contradictibus praeterea super premissis huius-
modi licentia et consensu intervenientibus hactenus iuris, vel quo in futurum iuris
contigerit, seu occasione illorum, laici ultra id quod ex natura contractuum ipsorum,
vel adhibita in illis lege permittitur, aliquid non usurpent. Qui vero secus legerint
nisi legitime moniti ab huiusmodi usurpatione desisterint, restituendo etiam ea, quae
taliter usurparunt eo ipso sententiam excommunicationis incurrant, et extant ad sup-
ponendam terram ipsorum, si opus fuerit, ecclesiasticis interdicto, libere procedatur.

ali
esse
cabo
conf
ntu
er
dnu
ari
ami
na
di
s
an
ob
pi
u
tu
r
to
an
ly

